



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Abbatis Georgij, qui nunquam turbabatur. Capvt CIX.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Mane verò diei sequētis didicit à carcerario Episcopus quā in custodia Presb se ignorante, inuentus esset. Mittens Episcopus scisciabatur à Presbytero quomodo de carcere exisset, & quomodo rursus absq; carcerarij notitia ingressus esset. Qui respondit: Iuuenis quidā speciosus valde, & optime uentus, Episcopatus uestri (ut dicebat) minister, aperuit mihi ostium, & p̄cedebat me vsq; ad unum milliare prope vicum nocte Dominicæ, idemque rursus sequenti nocte ueniens reduxit me. Episcopus igitur accersiuit omnes seruos Episcopatus, sed nullum ex ipsis recognouit Presbyter. Tunc interllexit Episcopus, quod Angelus Dei fuerat, qui hoc egisset, ne uirtus Presbyteri profus occultaretur, sed ut omnes discederēt, & glorificarent Deū, qui glorificantes se glorificat. Et de ipso valde ædificatus, dimisit illum à se in pace, nulla cōtra eos clamans, qui illū iniuste accusauerant.

1 *Ecce quæ sint quæ commendabilem sanctum patrem redderent.*

2 *Quid dicis tu, qui seruare uirginitatem dicis esse impossibile? Hic duo coniuges, ambo iuuenes, simul habitantes, vsque in finem uitæ uirginitatem suam diuinae auxilio gratiæ nunquam hominem, modo uelut, deserentis seruauerunt.*

3 *Adueniente sancto die Dominico.*

4 *Sanctam oblationem sacram Eucharistiam appellat.*

5 *Vides Missam nuncupari sacrificium.*

Vita Abbatis Georgij, qui nunquam turbabatur.

C A P V T C I X.

DE Abbate Georgio patre monasterij Abbatis Theodosij, narrauit nobis Abbas Theodosius eius discipulus bonus, ac mi-

tis, & humilis, qui fuit Episcopus Capitoliadis, quod duodecim annos obseruasset eum, si vel semel turbaretur & nunquam turbatum vidit, idq; in hoc tempore, quando omnis desidia, & negligentia, & mollities, & inobedientia regnat. Quis autem, aiebat, ita frenauit¹ oculum, sicut pater noster sanctus Georgius? Quis ita posuit ianuam auribus, sicut beatus iste? Quis ita continuit linguam, sicut pater noster? Quisnam solaris radius ita illustrauit terram, sicut pater noster nostrum omnium corda radiauit.

¹ Vide quibus virtutibus claruerit sanctus Pater.

Dicta egregia Sancti cuiusdam senis

Aegyptij.

CAPVT. CX.

ASSVMPSI Dominum meum Sophronium, & perreximus in monasteriū, quod ab Alexandria decem, & octo passuum milibus distat, ad senem quendam magnæ virtutis, Aegyptium genere, dixique seni: Dic nobis verbum, pater, quomodo debemus simul habitare, quia Dominus Sophista voluntatē seculo renunciandi habet. Ait senex: Bene facit, si inueniāns seculo, saluansque animā tuam. Sedete¹ igitur in cella, vbi vultis, sobrie, & vigilanter, quietem, ac silentium seruantes, & sine intermissione orantes, & spem habeo in Deum, filij, quod mittet vobis scientiam suam ad illuminandas animas vestras. Dixit iterum: Si saluari, filij, cupitis, fugite homines. Hodie enim nos non desistimus omnium terere limina, omnemque ciuitatem, ac regionem circuire, sicubi possimus auaritiæ, vel inanis gloriæ nobis ipsis stipendia acquirere, & animas nostras implere vanitate. Dixit iterum senex: Fugiamus iam, filij, quoniam
appro-